



VIRIS

MAGNIFICIS CONSULTISSIMIS  
EXCELLENTISSIMIS DOCTISSIMIS  
AMPLISSIMIS SPECTATISSIMIS

Dn. DAVIDI DÖRINGIO IN BEL-  
GERSHAIN, &c. I. V. D. AC ILLV-  
STRISSIMO ELECTOR: SAXON: &c. à  
Consiliis Primariis:

Dn. LVCAE BECKMANNO, I. V. D. ET PRO-  
FESSORI VVitbergæ celeberrimo: ibidemq;  
Consistorij Ecclesiastici, Dicasterij Provincialis &  
Scabinatus Assessori Clarissimo:

Dn. DAVIDI LOTTERO SERENISSIMI  
ELECTORIS SAX: &c. Rationariorum Præ-  
fecto fidelissimo:

Dn. SAMVELI MAINERO, MONTANI HV-  
ius in ELECTORATU SAX: circuli SECRE-  
TARIO integerrimo:

*Dominis meis olim NUTRICIS,  
nunc etiam Affinib. & MOE-  
CENATIBUS aeternum sancteq;  
colendis.*

PRAE.



# PRÆFATIO.



**A**NNUS iste **NOVUS**, qui beneficio Sacro sanctæ Trinitatis admodum felix sit toti orbi Christiano, apprimè fortunatus omnibus Ecclesijs Lutheranis, insigniter faustus toti Domui Saxonicæ, Vobis deniq; Mæcenates omnium ordinum spectatissimi, & vestratibus, adeoq; singulis Christianis singulariter salutaris, supra **SESQUIMILLESIMUM CENTESIMUS DECIMUS SEPTIMUS**, singularis planè est, & devotis piorum quorumq; huius inclysi Electoratus subditorum, ut & omnium Doctrina ymoctos Lutherancæ Auditorum votis exoptatus Annus & expectatus. Hoc enim primum ab incepta religionis Christianæ reformatione, Triunius **DEI OPT. MAX.** Numine per D. Martini Lutheri ministerium acceptos suscepta sæculum desinere; & jam novum, idq; **SECUNDUM**, inire incipit.

Multa quidem & magna Prædivitis **DEI** in miserum genus humanum cotidie conferantur beneficia: at inter hæc omnia, à missione Filij **SALVATORIS** salvificâ, majus nullum, nullum etiam excellentius unquam vel collatum est hæte-

## PRAEFATIO,

nus, vel praestari etiam deinceps poterit illa thesauri istius ignoti revelatione; repurgatam puris verbi caelestis doctrinam, qua oppressa tenebris pontificia superstitionis, DEO Duce & Luce, COMITE Labore divi Lutheri, & reliquorum eius praesertim S. S. M. m. sitienti mundo iterum est ostensa. Hic enim si iam percensere vellem utilitates plurimas, si solatia saluberrima quae ex illa in animos & lege panisq. DEI perterre factas conscientias piorum auditorum quorumq.

Non quot sunt modo, sed quot & fuerunt, per Seculum praeferitum redundarint, non à tempore solum & charta deserer, sed etiam voce & viribus destituerer. Id verò tantum & tam praeclarum S. S. Trinitatis munus, sicut admiratione laudabili, & de praedicatione pergratà à maximis, mediocribus, minimis dignissimum haberi debet quovis momento, quavis hora, quovis die & tempore: Ita hoc potissimum, quò primum occidit per paternam DEI curam feliciter, Secundum & novum Seculum per eiusdem gratiam illucescit salutariter. Nostis, Patroni humillimè cotendi, etiam mihi tacente, rectius & melius ex historicorum monumentis, quantis Diaboli, & qui huius sunt mancipia, tyrannorum favoribus plusquam furialibus quam variis hereticorum quorumq. conatibus & dissidiis Lux illa caelestis per hos centum annos exposita saepissime fuerit, illorumq. nebulonū nebulis tantū non penitus extincta interdum, is praesertim temporibus quae nemo pius, in quo vel scintilla religionis Christiana superest, recordari sine gemitu potest. Hac igitur, quod piis nostris maioribus accensa, nobis eorum posteris, adhuc

## PRÆFATIO.

adhuc in hisce oris, provinciis & ducatibus Saxonicijs usque luxuriosissimis in auxillis τὸ ποῖς φάτωρ sub excacati huius mundi densissimis tenebris apparet & clara, & pura; est, quod gratis animis conservationem hanc agnoscamus & concelebremus.

Quamquam autem nullus dubitem, quin homines religiosissimi quique & doctissimi, ubicunque locorum degant, qui Doctrina huius CHRISTI Lutheranæ ex animis optime cupiunt; suos sint edituri λόγους παννυχίους. & ad propitium illud Nomen Cælestē suas emissuri tum ἐν παρισιαῖο pro illa hæcenus conservata, tum ἐν χῆρῶ pro eadem in posterum etiam conservanda; ita, ut Ego labore hoc meo tutius potuissem, immò etiam, secundum quosdam, quibus sua solum placent, rectius debuissē persedere;

Fortè quòd arguros inter strepo ut ANSER oloves,

Carmineq; in docto tempore disperdere vento:

Quia tamen ab ANSERE quodam Bohemico (neque enim omnia possumus omnes) & mihi mea laudandi DEUM circa hoc tempus qualiscunque nata est occasio dū ager; sit ut horum oportuna iudicia omnia, Ego unico illi Regi psalmista postponam; quod vult, ut cum maioribus minores, cum senibus iuvenes, doctis indocti, denique, qui modo vitalem trahentes Spiritum laudare possunt, homines omnium ordinum laudent DEUM verbo gratiæ suæ apud nos cum ingredientem, tum commorantem; nisi de iudicio Salvatoris nostri ipsis Saxis duriores deterioresque esse malint. Quam ingratitude detestandam idem ipse suis olim ingratis popularibus exprobravit his verbis: Si discipuli mei & minores isti, quos ἐ Scribis vos maiores

PRAEFATIO.

iores scilicet & sanctiores prae vobis contemnit; tacuerint, mox lapides clamabunt. Et hoc ipsum est. Mœccenates spe. Etatisissimi, quod me hinc etiam fecit loqui, laudare, orare. Eccle. sia namq; mea; cui de nutu Praefidis omnipotentis iam ferme per Sexennium, à trienni Diaconatu meo, legitimè praesum, quoties eam ingredior (ingredior autem ferè cotidie),

Me sic affitur Saxolo è fornice: Anno 1517. exusta est Ecclesia ista, 13. Maij in campanis & omnibus ornamentis: eodemq; anno reformata in honorem Sanctæ Katharinæ, & Sancti Panthaleonis. Quæ sed vel illa, vel iste? Quem annum cum ædes hæc nostra anno renovaretur, Ego pro peregrinis qui latina callent, hoc Chronodisticho,

HæC fVlt eXVIta aCeXstrVCra eCCLesla In anno hoc,  
QVIaV splClo CLa et, DiVe LVtheretVo:

Pro rusticis meis comprehendere volui hisce rythmis:

Dis' RlrChJns feror warh geLegt/  
DaLVther Bapstes abLas sChegt:  
Ist aVCh gang fest InseLbn lahr  
Wel grossr Kost new erbawet gar.

Crimen proinde ingratitude apud DEUM & homines religiosos incurrerem omnium pessimū si hoc tantum reformata religionis beneficium, Patriæ meæ, quæ ipsa est Vviteberga, illa sincerioris Theologiæ ab omni fermento hæretica pravitatis defecata mater, ante annos centum primò præstitum, & iam rotidè etiam annos non modo communiter omnibus aliis in hoc inclyroElectoratu Lutheranis Ecclesiis, sed & huic meæ Bernsdorffi.

PRAEFATIO.

doctrinae quasi fataliter conservatum, Ego Vvitebergensis,  
& talis Ecclesiae Pastor, multo magis mutus omnino tacerem.

Quare ut erga divinam hanc purioris doctrinae propaga-  
tionem & Ego mea, cum pietatis, tum grati animi studia  
qualiacumque pro viribus declararem, sumsi materiam, ad hoc in-  
euntis anni tempus non planè (meo quidem iudicio) ineptam;  
Sæcularis conservationis Sæculare illud vaticiniū Beatif-  
simi Martyris, Dn. M. Johannis Husii, Pragensis olim Eccle-  
siae, quæ vocata fuit Bethlehemitica, Pastoris, ad rogum fatidi-  
co ore ita clamantis ad incendarios: POST CENTUM ANNOS  
RESPONDEBITIS & DEO & mihi. In huius gratiam,  
è probatissimis quibusque Scriptoribus collegi historiã in Doctrinã  
constantis confessionis religiosissimi huius viri, in urbe Constan-  
tensi constantissimè ad extremum usque vita halitum edita;  
collectã deinde horis successivis versa simplice descripsi, & ut mo-  
dò dictum factumque est, Vaticiniū sæculare doctrinae Luthe-  
rae inscripsi. Hoc jam vobis, Mæcenates & Patroni, perpe-  
tuis observantiae basijs exosculandi STRENAE LOCO hu-  
milimè offero, quia jure omni debeo. Etenim si & hoc grati est  
animi, si pectoris ingenui Fateri, à quibus multum acceperis &  
per quos plurimum studijs aequè ac honoribus profeceris: fateor  
ego (si quidem nunquam me puduit confiteri, quibus deberem)  
si à DEO, summo Evergeta, ab illustrissima domo Saxonica de-  
niq; à meis cum corporis, tum animi parentibus charissimis dis-  
cessero nō esse in his terris alios, à quibus & plura & majora,  
quàm vobis, acceperim beneficia. Ea vos si in tanta promoven-  
dorum concursu nescitis, nihil mirum est: Me scire & meminif-  
se oportet

PRAEFATIO.

se oportet, qui usus sum benignitatibus vestris. Vos pauperem me educastis desertum promovistis, despectum ignotumq; honorastis; ita ut non esse arbitrer ad hanc presentem usq; horam quâ ista scribo, quod de voluntatibus vestris erga me quicquam dubitè tot tantisq; experimentis mihi non perspectis modo, sed penitissime exploratis. Non leviter itaq; essem accusandus, si tot tantaq; hac vestra in <sup>me</sup> benemerita animo meo nunquam excidere patiar. Quare cum ne minimam quidem partem huius nominis solvendi de meo facultas suppetat, grata dedicatione offero vobis Fautores perpetuo suscipiendi, in manus mânes Hulficos, ex ignib; & aquis revocatos Carmine hoc pasto- nali magis, quàm poëtico; rarissime siquidem per s: sanctam no- stram theologiam cui jam sum adadotus, licet mihi vorforiam capere ad suavissima illa Musarum contubernia, qua Studiosus olim studiosius visitavi. Hoc habere vobis Martyrium, & aptu- piav à μετὰ τὸ πῶτον deditissimi in vos affectus mei & gratitua- nis debita: quo Conoc tantum aliquo modo beneficentias v- stras referre verbis & voluntate, cum re nunquam satis pes. in- & miseris nobis passionibus, aequè ac poëtis, in oibus v. ina- culus sit inopia argentiaria, nec, prater conatos pietatis, aliud quicquam suppetat: spero vos, qui fuistis semper in me huma- nitate, illos non improbaturus; imo potius excusatos esse, si que occurrunt in vestris ex Atpin ti Andinatic; schola discipuli offensusculas; nec, qui graviora in v- stris officijs tanta cum dexteritate, tantaq; omnium cum admiratione laudabiliter exsequimini, haec leviora, & illorum tanquam bellaria offer- naturos.

Quod reliquum est, TE, ò Antiquissime Deorum die  
vnmq;



PRAEFATIO.

rumq̄, PATER FUTURIS SEculi, Homo DIVE SALVATOR CHRISTE IESU toto pectore supplex quaeso venerorq̄, militantis Ecclesiae Lutheranae, hoc est verè Evangelica, quam centum jam annos florentem conservasti haectenus, clementer porro miserearis, eamq̄ cum sacrosancto suo deposito purioris doctrinae ad ineuntis etiam hujus Secundi Seculi finem, & deinde plurimum si qua sunt futura, seculorum, adeoq̄ totius usq̄ mundi exodium potenter tuearis contra tot fremitus Satanae, qui nullo quam hoc ultimo mundi tempore, quod damnationis sempiternae decisionem intollerabilem maledictis brevi faciet, vel majores fieri vel saeviores; contraq̄ tot sanguinaria consilia & minas tyrannicas Vicarij Satanici, Homini non perditimodo, sed ipsius Perditionis Filij, Pompificis Romani, & gregum ipsius cum splendide purpuratorum, tum impare Sitticorum, quibus Prophetica haec & Apostolica doctrina harum regionum fudes est in oculis, quos ideo invidos ad charissimam hanc patriam nostram, quam è faucibus semel ereptam vehementissimè dolent, indies adiungunt religionis Osos, religionum Vastatores, quibus nullus ludus jucundior, quam innocentium trucidationes; deniq̄ contra omnium haereticorum & haesum phylaxias, perplexas & spinosas sophisticationes, quibus, ut conjurati hostes, in salutaris hujus depositi perniciem dies noctesq̄ toti sunt intenti. Contra hos omnes & singulos opem tuam, Optime IESULE, nobis peccatoribus Nate, nobis date Immanuel, imploramus; hinc divinam tuam dexteramq̄ Omnipotentem expetimus & expectamus. Tu omnes illos inimicos, nefariae fœderis societate conjunctos, ab aris & templis,

B

à vita

PRAEFATIO:

à vita fortunisque omnium nostrum arceto. Tua est hac vox, quam & in Nomine tuo Ecclesijs nostris tempore non ita pridem praeferito praediximus praedicavimusque;

Verba immota manent mea: Coelum & terra peribunt. Tuum hoc est ad nos Solatium; ipsas inferorum portas contra Ecclesiam tuam nihil prevalituras. His igitur fretus promissionibus, commendo tibi toto pectore omnes ad unam Ecclesias Lutheranas, ubicunque locorum extructa reperiantur & aperta. Unâ cum sincera Beatissimi patris nostri Lutheri doctrina: Tu deservis Pater, destitutus Patronus sis & tutor volens propitiusque, ut, licet variarum hinc inde concurrentium calamitatum fluctibus tyrannicis & tempestatibus hereticis agitentur, nunquam tamen obruantur; premantur, at in aeternum non opprimantur: Commendo tibi ex animae meae penetralibus earundem Ecclesiarum Nutricios quosque principes serenissimos potentissimosque, qui à Majoribus laudatissimis sanctissimisque acceptam hanc religionem, adhuc hodie liberalissime juvant, clementissime servant, potentissime defendunt; atque inter hos in primis ILLUSTRISSIMUM CELSISSIMUMQUE principem ac Dominum, DN. JOHANNEM GEORGIUM, Ducem SAXONIAE & ELECTOREM, &c. DN. nostrum clementissimum; adeoque Totam inelytam Domum & generosam stirpem Saxoniam, quae ad lucem Evangelij huius accendendam augendamque divinitus quasi concessa primum & donata extremis temporibus videtur; sanctifica & conserva omnes in veritate hac tua, qui est sermo tuus, per nomen tuum salvificum:

Denique

P R A E F A T I O.

Deniq; commendo omnipotenti tuae gratiae qua possum pietate, & Mecenates hosce meos Amplissimos, eorundemq; Collegas omnium ordinum, generum, & locorum spectatissimos & parastatas fidelissimos, quorum fidelibus consilijs, Sanctis studijs, indefessis laboribus, gubernationes Aularum, moderationes Ecclesiarum & Scholarum, deniq; omnium civilium politiarum status in hisce regionibus Saxonis post tuum patrocinium stant inconcussi & incorrupti: Tu Domine **J E S U**, illuminatos illorum oculos, mentesq; sanctas in sanis corporibus quam diutissime vigiles, vigentes & valentes reddito, ut maximi minimiq; qui tuo solius beneficio primam repurgata doctrina seculum incolumes claudunt, ineuntis Secundi maximam partem (totum enim quis mortalium pro moderno vite huius termino sibi pollicebitur? pro miseriarum cumulo non aspernabitur?) in perfecta doctrina huius caelestis cognitione, constantiq; Confessione sani & salvi transigant, & per hos centum annos, quorum hoc novo felix fit auspiciis, reliquosq; ad mundi diem extremum futuros, ita concordēs in Concordia Christiana maneant, ut & laudati illorum posteri cum nostratibus, in sanis hisce Ecclesia tua sermonibus & sincera doctrina **B. Lutheri** fideliter erudiri, firmiter crescere, constanter perseverare possint, donec omnes omnino ex hoc Saeculo beatissime advocati, Tecum **SANCTISSIME IESULE**, cumq; **DEO** Patre & Spiritu sancto, cum omnibus beatis Angelis & electis in Saecula Saeculorum valeamus, vivamusq; benedicti Patris nostri Caelestis sempiternam & nullis Saeculorum Saeculis terminandam beatitudinem Amen. Dabam in meo Museo Bernsdorffiano,

P R A E F A T I O.

*Propria*. Novi Anni à Nato CHRISTO Salvatore *supra* ses-  
quimillesimum centesimi decimi septimi, Doctrinae Luthe-  
yanae Sæcularis primi.

V V. M Magn.

E Excell. & A Ampl.

Observantissimus cliens & affinis

M. Iohannes Crüger Vvite-  
bergensis, Ecclesiae Berns-  
dorfianae Pastor.



AD



I.

# AD AUTOREM

martyrii huius:

**H**VSSI martyrium versu decorare volebam, [loco:  
IANE CRUGERE MIHI FRATRIS habende  
At verò curæ variæ conatibus obstant,  
Quas tela officii quotidiana parit.  
Ergò excusatus tibi ero. Doctrina Lutheri  
Est verè summi vox reverenda DEI.  
Et tecum, plenus fidei, omni tempore cœlum  
Implebo votis IANE CRUGERE meis:  
Ut deinceps CHRISTUS servet prælagia vatis,  
Annos quæ centum vim tenuère suam.  
Idem te servet, tua donaq; adaugeat in te,  
Ut laudes eius voce sonare queas.

VITUS VOLFRUM, S S. Theol.  
D. Ecclesie & Ephorias Cygneæ  
Superintendens Compater  
Auctoris

B 3 II.

II.

# AD INTERFE-

ctorem Martyris huius:

*C*ur Evangelij conaris sistere cursum?  
*C*ur, Papa, pracones illius igne necas?  
*N*il agis. Immensi quod Rex molitur olympi,  
*N*ec Satanas, nec homo, prapedisse potest.  
*V*nde quidem flammâ torresq; cremasq; rogali  
*H*ussiaden **CHRISTI** martyra verbi gena:  
*D*ogma sed ipsius post secula bina superstes  
*T*ollere collecto nempe furore nequis,

M. Augustinus Preiljus, Scho-  
lae Zittaviensis Rector, Af-  
finis Auctoris.

**CHRISTUS**

CHRISTO NATA-  
TO, PATRI FUTURI SÆ-  
CULI SACRUM SÆCUL-  
LARE.



*Ann* decies denis sæclum decurrit  
*ab* annis,

Quò primùm excepit cœli INDULGENTIA  
terras,

Tecelijq; iit in canam Indulgentia terra:

Et quo MARTINUS verbum cœleste LUTHERUS

Eruit è tenebris tot jam durantibus annos,

E tenebris inquam, Monachorum & fraude papatûs.

Pantheon excisum est Romanum, ΠΑΝΤΑ. LEONI

Rapta PΑΡΑΕ DECIMO sacraria: ΠΑΜΜΕΔΕΟΝ,  
TI

Et ΚΑΘΑΡΩ̄ CHRISTO Bernsdorffia, templaq; cuncta

Sunt reuoluta per has, SAXO quibus imperat, oras,

SAXO doctrina DUX servantissimus huius,

Qua CHRISTI redijt ductu, studiisq; Lutheri,

Dic mihi, SACRA TRIAS, quo Numine talia cœpit

Quaue reformavit mundum virtute vir unus,

Quam latè occasu, & mandum Sol temperat ortu?

Non humanus erat, nec erat temerarius ausus;

Spureidicis qualem grunnitibus, Esawitæ,

Fingitis: ex alto (rumpantur ut ilia vobis)

Ex alto Lutherus erat promissus olympo:

Cæpit

Cæpit, agit, finit quicquid divinus; id omne  
Cæpit, agit, finit CHRISTO duce & auspice CHRISTO,  
Respice, qui dubitas, eventum; hic acta probavit;  
Ex cælis opus hoc, quia perstitit, omne fuisse.

Angelus hic Domini medium per inane volavit,  
Et quacunq; Evangelij cum voce volavit,

Ecce inimicus atrox, qui librum gestat amarum,  
Insequitur Satanas, Satanaq; vicarius hospes  
PAPA: sed ad terram celeri lapsu ambo feruntur,  
Haud seus, ac si quos de cælo fulgura tangunt.

Hic Lutherus erat, qui, qua profitemur in aede  
Hac; quid in hac dico? qui qua profitemur in ora hac  
Electoralis, sacra intemerata reliquit  
Unus, ut hæretico fuerant infecta veneno.

Hic Vir erat, quem nec Thaidis latitantis in anstro  
Romano sceleratus amor mercabilis are,  
Nec preciumve, precèsve horum potuere procorum,  
Abbatum, Monachorum, & si quæ pondera terræ  
Plura sinu Meretrix fovet improba, dement are.

Hic Vir erat, qui animos ferventi in pectore semper  
Ingentes spirans, nil flammæ, fulmina nil, qui  
Collo injecta nihil curavit vincula (verum  
Usq; adeo obnixus defendere!) donec olympum  
Pars melior, sed se penetrarent ossa sepulcro,

Hic Vir erat, Fratres Cygnæi, Cygnus; hic, (inquam)  
Cygnus erat, de quo secreto Numine plenus  
(Haud incerta cano) iam iam moriturus in igne  
Hussus vaticinas concepit mente loquelas,

Mille



*Mille, quater centum Sol absolvisset us annos,  
 Et tria lustra, Hominis numerata ab origine CHRISTI.  
 Hoc ego ab igniculis versu revocabo minuto  
 Martyrium; Hoc mihi Carmen erit, Sed carminis unde  
 Aptae seges surget, tanto quae Martyre digna?  
 Ecce velut sponsi caput ornatura coronis  
 Si per odoriferum spaciatur sponsa rosetum  
 Stare videt violas, & purpureos amarantibi,  
 Et casia, & libanotidos, Euphrasia, & beneolentes  
 Praeterea flores; dubitat, quos ungue priores  
 Demetat; haud aliter rerum hic me torquet aceruus,  
 Martyris annitor CHRISTI qui tempora sero  
 Martyrij redimire sacra de germine laurus.  
 Namq; animum nunc huc dubium, nunc dividit illuc  
 Et genus, & patria, & qui progenuere parentes,  
 Et studia, & mores. Sed fax hic nostra secaret,  
 Agri oblita sui, peregrinam improvida messem.  
 Non hac hisce meis comprehendere versibus opto:  
 Hec recitet, quisquis veterum monumenta virorum  
 Perfecta historicis e fontibus hauserit Autor:  
 Ipse Ego carminibus fidei praeconia tantum  
 Constantis referam quae nobilitavit in urbe  
 Constantini Hullum male confans factio quondam,  
 Et nunc opprobrijs Synodus dignissima, cumq;  
 Patribus Orcino sine fine cremanda dolore:  
 Quae restant, Equidem spariis disclusus iniquis,  
 Temporibusq; locisq; aliis memoranda relinquam.  
 Ex te, CHRISTE, mei nunc formo carminis orsum,  
 Qui fons es rerum cunctarum, & origo bonorum,*

C

Da

Da facilem venam, & nostris bonus annue capris,  
Ut duce re placidam pappis pertingat ad actam:  
Ista tuo fluxere olim prasagia ab ore,  
Plena fide, rerumq; usu firmata priori:  
Omne, quod in studia abripitur contraria; regnum  
Dissidiis, streperumq; à parte & simultibus omni,  
Momeno sublapsum uno, sine legibus ibit  
Spontè retrò, prouumq; cader, penitusq; recumbet:  
Rex, gregis eversor; legis Grexruptor, & usor  
Regis, ad interitum trahit hic, trahit omnia & ille;  
Donec ad ignotos veniat dominatio fasces.

Ut si quando inter. Regina. necina voluerum  
Alti volans Aquila intentavit bella Cymindi  
Nocti vaga, & celerem meditatur in aere cursum,  
Scilicet ut teneat constrictam arcè unguibus hostem  
Et ferat optatum proprià cum laude triumphum;  
Ipsa reluctandò invictas opponere vires  
Aggreditur, donec congressus mutuus ambas;  
Quando alternantes multa vi praelia miscens;  
Astuti in laqueos victas ferat aucupis arcetos:

Talis erat facies diuisa hoc tempore regni  
Tartarei occiduo cæli sub climate, Papâ  
Munia Romano gestante vicaria summi,  
Qui styga qui latè regnat super athena; regis;  
Quando Bohemiaci (dictu erudele) Magistri  
Concilia indicenda forent fatalia vira,

Tempus erat, quo fraus; ita que succre verat orbi;  
Ut non ulterius, quo progredere tur, haberet;  
Pontificum toto manifestaretur in orbe.

Etgo,

Ergo, licet vitiosa aliàs, vitiumq; vocanda,  
Ipse tamen medicina malo fit maxima summo  
Internis procerum Discordia motibus aëra,  
Subvenit Ambitio levis, auxiliumq; petenti  
Latura, haud segni contendit ad aëria cursu  
Splendida Romulidæm, quos purpura vestit & auro  
Infusa texta regit; fratresq; e Cardine Lapsos  
Ianus Avernalis breviter compellat, & infit:

Quæ vas, quæ, Cæliq; Duces terræq; potentes,  
Cardinei proceres, animi reverentia capis  
Insolita? aut qui humilis successit mentibus hospes;  
Ut, quos ex multis paucos tot dotibus aequè  
Iuppiter exornat, divûmq; ascribit honori;  
Imperij alterius, qui se Caput orbis & urbis  
Iactat Ausonia, contempto nomine Servi  
Audiretis? an hæc genij ingenijq; talenta  
Fas est abstrusis terræ sepelire cavernis?  
Non ita Iova velit. Quin dona agnoscite vestra,  
Et me servitio monitrice exite vetusto:  
Quisq; Europæi sese caput orbis & urbis  
Ostentans, Latæ magnos (jam tempus) honores  
Præsulis aggredietur, Aventini juga regni  
Qui tenet, unde sedens mundum speculetur in omnem?  
Dixit: & arbitrium voti capit illa cupiti;  
Pontificatum omnes, promissa cacumina, prensant.  
Tres tamen & fama cupidi huius, & huius honoris  
Ante alios avidi magis, hæc in regna ruebant,  
Quintus Alexander, Bissexus Gregorianus,  
Alter ab undecimo Benedictus, nam maledictus!

Vidit, & ingemuit noctis pater atq; Erebi Rex  
 Interitum proprii imperij; discordia tantos  
 Vsq; adeo invasit sacri dum mutua regni  
 Heröas, quorum cervicibus hæctenus unis  
 Aptè omnes rerum moles cessere regenda:  
 Et mox ancipitem res intulit ista timorem,  
 Quod; quibus est parvus, quibus est virtutibus idem  
 Ignotis servatus honor papalis in annos  
 Tam multos; nuncis quasi proditione nefanda  
 Omnis, non Latia modo prostituatur in arbe,  
 Sed toto; unde venit, Solq; occultatur, in orbe.  
 Eloquarè an fileam, Prætul Romane? sed, istud  
 Pace tua fiat; virtutes eloquar istas:  
 Nempe times, quoniam latratu regna trifauci  
 Cerberus hac - ingens circum - tenuis ista - sonavit,  
 Obscuri custodis agens; tot secula partes;  
 Nunc sed in apricium monstruoso vertice tractus,  
 Et successorum trifido confusus ab ore,  
 His ne discedens Cocytia sacra retrahet:  
 Et, quod Papparum unanimes peperere labores,  
 Et, quod Romanus clerus contexit annis  
 Centum aliquot, damnata brevi contentio vertat  
 Tempore, si tanto posthac custode careret:  
 Pone metum; vestra defensor partis & ultor  
 Haud tanto Satanas cessabit cardine rerum:  
 Iste novas technas, nova promptus pectore verjat/  
 Consilia; ut triplicem faciem mutastus & ora  
 Cerberus in vulgus tantum uno prodeat ore.  
 Vsq; adeo Stygiæ nil non superabile fraudi est!

EST

Est lacus, Acronis de nomine dictus, ad illum  
Vrbs Germana jacet, monti confinis Jura  
Gannodurum aliis, Constantia dicta Latinis;  
(Nostrates Costniz illam vertere vocantes)  
Hic metam posuisse triam Rex orbis, & orci,  
Schismasi pontificum tum tentare supremam,  
Atq; labascentis regni sarcire ruinam,  
Et populum priscâ subrelligione tueri.

Ergo Concilium iussi (mora nulla) repente  
Vrbs ad indictum veniunt Sanctiq; profanig;  
Innumeri patres: venit induperator, & ingens  
Archisacerdotum numerus, Comitesq;, Ducesq;,  
Et Mystæ, Monachiq; truces, Canonasq; professi;  
De tribus unus item, regni spe ductus inani,  
Scilicet ut rerum rejectis Papa duobus  
Ipse poriretur solus, concurrat eodem.

Et jam dicta dies alto surgebat olympo;  
Ordine considunt, quo quisq; est dignus honore,  
Dignus & officio. Mox Romani Arbitr orbis,  
Ut reliqui tacuere intentiq; ora tenebant,  
Hacce Sigismundus Divo profudit ab ore:

O lecti sanctiq; Patres, decora urbium & orbis,  
Insignes pietate viri, gravitate potentes,  
Ingenium quibus est & mens contermina celo;  
Qua vos, dilecti, qua sors inimica quietos  
Sollicitat, suadetq; superba laceffere bella?  
Sicne homines certare odijs fas sacra professos?  
Hac certè ex illo mihi non speranda fuerunt  
Tempore, quo primùm regni Moderator habenas

Acciperem, & scepro populos frenare per orbem  
Aggrederer nostro: fugat procul ista simul as  
Vnius fidei consortes inter amicos:  
Tempus erit, vati presago credite; magno  
Cum fractam inter vos hanc pacem optabitis empram,  
Quando peregrinus Romanis ritibus ordo  
Exitium presens, cademq; immittere apertam;  
Tunc certate fociis proq; aris forsiter omnes:  
Nunc sinite, & placidum hac synodo componite fœdus:  
Hæc CÆSAR paucis solio præfatus ab aureo.  
Cui patres inter qui maximus ævo & honore  
Tunc aderat, regevit: Regum Rex, optime Caesar,  
Te pia fata diu seruent patriq; tuisq;  
Auribus imbibimus tua dicta animisq; petita  
(Namq; tuum, inter nos tantas componere lites)  
Sint concessa tibi: Secedat sponte Petrinis  
Affectata trias Paparum sedibus. At tu,  
Summe Gubernator, Caroli divina propago  
Quarti; substitues, sortes arcanaq; fata  
Nobiscum quemcunq; legent, lectumq; sacrabis,  
Dive, virum, qui sit supremus ubiq; sacerdos,  
Quam latè sese vetricina Ecclesia pandit.  
Atq; ita conticuit. Facitur fors: ordine Quintus  
Seligitur, nomenq; capit Numenq; Papale  
MARTINUS. Naq; applaudunt hinc inde, per urbem  
Qui Constantensem turris spiravere, minores  
Majoresq; viri votis & vocibus æquis.  
Mox ubi tota triumphalis est composita Paparum,  
Convectu nondum misso, non dissonus ille

Rumor

Rumor abit vero, Boiorum sanguine natos  
Hereticos proceres homini fuisse priori  
Qui seculo errores damnatos, nuper ab orco  
VVICLEFI Angelici Pragâ revocasset in urbe:  
Hic prius est vinculis, quam discedatur, ut omnes  
Errorum expediat causas, capiendus homullus.

Papa loco motus, rerum quoque gnarus earum;  
Ipse fidem fecit fama; se nominis anno  
Audivisse viros magni; fideique tenaces  
Ista referre sibi; quam Primislaica quondam  
Boiorum ad fines manus, instigante Libussa,  
Condidit, hanc dictis plenam esse erroribus urbem,  
Huffo autore; sibi quem Berlebemitica Pragæ  
Præfere sacris adyta: hunc damnata Magistri  
Sæctatum Vviclefiadæ vestigia, priscam  
Impugnare fidem; nimis extenuare bonorum  
Virtutes operum; meritum ingeminare subinde  
Soli CHRISTI; sanctos contemnere divos;  
Progluto & veteres pro stercore traditiones  
Proclamare Patrum; quos & semi hora referre  
Ista, nec ista dies potis est cognoscere fando.  
Errores alios; Primatam denique nostram  
(Horrendum dictum!) blasphemâ arrodere lingua:  
Haud impune quidem. Nec enim pro munere gesto  
Tum tacui demens, nec in omnem laurus orbem  
Natam doctrinam sum passus serpere pestem.  
Testis adhuc extat nostri Columna laboris,  
Cardinei Columnen generis verèq; Columna,  
Suscepti à nobis tanto in discrimine rerum.

Et jam

Et jam compedibus Præco ille erroneus iree  
Vinctus, ut est nostra ad Prætoria sæpe citatus,  
Intercessorum si non vadimonia Regis  
Atq; Bohemorum Regina, & Nobilitatis  
Totius nostros conatus impedissent.  
Sed nunc, ò Synodi proceres, depromite vires,  
Cæsare quæis multum divo præsenne valetis:  
Nunc vestros adhibete animos; Ecclesiæ abortum,  
Hoc prohibere nefas, & vix medicabile schisma:  
Si flecti orando non vult, vi cogite dura,  
Et manibus Synodum intrare & compellite vinculis:

Quid plures facient, unus si talia tentat?

His animum arrecti dictis & Papa creatis,  
Et reliqui patres, instant sub tempus, & alto  
Ocius ingeminant cuncti clamore; sacratæ  
Hæreticus Synodo. Synodo fistatur hic Hussus.

Accingunt operi: fiunt decreta: citatur,  
Doctrina fideiq; sue, errorumq; malorum  
Concilio coram rationes redat ut aquas.  
Viq; solet nunc fraude, famis stimulante dolore,  
Insidiari ovibus, nunc vi genus acre luporum,  
Ing'uvviam donec balantibus expleat agnis:  
Haud aliter Sægyj Soboles funesta Leonis  
Papa inhæat præda prædator; & omnia tentat,  
Quò vigil hic Anser vulcano cedat in escam.  
Nec mora; quod Monachi nequeunt, præstare Monarcha  
Cogitur, ex pelvi turbatus pectora bruto  
Fulmine, quo superis coram nil vanis unquam.  
Imperij fasces tum Sigismundus habebat

Roma.



Romani, Rex Ungarica gentiq; Bohemæ,  
Nulli doctrina, nulli pietate secundus,  
Qualia sub tenebris cæci vignerè papatus  
Doctrina & pietas & pleraq; gloria veri:  
Hunc monuere Patres, fidei defensor ut esse  
Scilicet antiquæ; majorum exempla secutus  
Moriger ut Natus matris, quæ Ecclesia, sancta  
Vulnera sanaret medius quæiscunq; priusquam  
Hussica in incautum serpent contagia vulgus,  
Et genus omne gregum morti dent, omneq; Regum;  
Tolleret hæreseos caput, ut secura manerent  
Membra. velit nolit, Synodum, compellat, ut intret  
Nomine conductus salvi, licet omnia falso  
Sint sub pretextu, velut exitus acta probavit.

His Cæsar faciles dictis non denegat aures,  
Quippe ratus, tantam non posse tyrannida tales  
In mystas cadere, innocuo qui à sanguine pœnam  
Christiani sumant, CHRISTO ceu fecit Apella:  
Hac spe, concilij spem mox explevit, & Hussum  
Mandato Synodi Obstantensis ad atria amico  
Elicuit, vitæq; datis vadibusq; viâi:  
Sed recidit tantum scelus in corda impia Patrium;  
Ille Magistratus dictis parere laborans,  
Tentat iter, longèq; ignotis exulat oris.

Vrbs antiqua jacet, non longum flumine ab alto  
Danubij distans, propriæ celeberrima iure  
Libertatis in Imperio, pietatis asylum,  
Justicia custos pacis & munere Recti,  
Norica metropolis quæ hõssis dicier: istam  
Lumine vix primo petijt, mox indicat urbi

D

Adven

Adventumq; fidemq; suam Pastoribus urbis,  
Quam scuto cupiat verbi defendere sacri  
Publicitus qua parte urbis densissima vulgi  
Doctorumq; cohors sua verba admittere velle.  
Isti colloquium non detrectare, sed istud  
Privatum tantum cupiunt, quod denegat Hussus;  
Donec mensuram voti venerabilis ordo  
Summatum impleret, neq; publica verba negaret.  
Dant sua vota Patres moti pietatis amore,  
Atq; suis stimulos addunt, & fortiter urgent.  
Congressu iungunt voces, & vocibus addunt  
Dicta sacri verbi: fugat omnes unicus Hussus,  
Ut multo traherent noctem sermone diemq;  
Et reprobos sternit verbi virtute ministros.  
Admirantur opus stupidi, non hiscere contra  
Ausi, sive forent maiores, sive minores.

Hac inter passim (minus ut via ladar) eundum  
Disputat: hoc pacto clarescit dogma Pragensis,  
Quo tolli e regno iam iam debebat & orbe.  
Haud secus ac quadam fieri maiora videmus  
Vulnera curando, quae non retigisse, fuisset  
Tutius, incassum quam tot tentasse medelas.  
Tandem Costnicium post multa examina rerum;  
Post varios casus & mille pericla viarum;  
Caesaris ingreditur diplomate frater amico,  
Laticia exoritur misto non parva tumultu;  
Dum celebrant hostes inter mala gaudia sese  
Non semel interitum venturo quippe minati.  
Festinus octava dies ter labitur horis,  
Nemo Papistarum conatur adire Bohemum;

Nemo

Nemo affari audeat; cunctos (mirabile dictu)  
Oppressit memores scelerum formidine terror.

Ne tamen impunis vel non auditus abires,  
Post mentem mittuntur Apocopus unus, & alter,  
Audaces quos fecit amor meretricius erga  
Romanum scortum, monstrum execrabile, Papam.

Hi simul ingressi hospitium, quo degerat Hussus,  
Proh; quam blandiloquo compellant primitus ore,  
Nominis Conventus quam suavi more salutant,  
Fraternas avidi dextra coniungere dextras; (tyr  
Haud modum ad absimilem tecum actum est, Enthec Mar-  
Discipulus Dominum quam cum sceleratus IESUM  
Proderet amplexu ludas, atq; oscula ferret.

Et jam finierant solito pro more salutem,  
Tum breviter, qua sit veniendi causa, profanturq;  
Ille pater populi sanctus (ceus Sanctus in orco)

Papa tui, Fili, curam suscepit ab illo  
Tempore, quo patrias rumor pervenit ad aures;  
( Quo nihil a patrias pervenit acerbius aures )  
Dogmate te lacerare novo vetus illud, & illud  
Religionis opus, cui totus consonat orbis;

Neve paroxysmo incipiat crudescere morbus,  
Curâ opus est medici, qui agroti morbida sanat  
Vulnera: Patre opus est, lethalia crimina Navi  
Qui solvat: Pastore opus est, erroribus actam  
Qui revocet, nullâ qua scis ratione priori  
Se revocare vi, & reliquis coniungere, o viclam,  
Ergo viam ut teneas, nullog; errors traharis;  
Immo bene ut valeas, tua nec contagia ledant

Fortè gregem totum, citius medicina paranda est;  
Nam momento alitur vitium, vivitq; tegendo.

Adsumus ergo tua, Frater dilecte, salutis  
Percupidi memorem dictis advertito mentem,  
Et (quia nulla magis praesens fortuna tuorum  
Errorum superest) Revoca; nil poscimus ultra.

Hac illi. Nunc, qua responderit Hussus, habete:  
Adventum, Fratres, miror; sed vestra petita  
Ter magis admiror. Sumne hucce profectus, ut uno  
Vel tantum coram vellem apparere duobus?  
Haud ita: me Synodus videat, meq; audiat omnis,  
Cur omnes unum fugitis? latet error in ausis.

Interea vos hac responsa resumite: Vobis  
Vel nihil est cerebrum, vel quid calcanea habebunt,  
Non capita; estis enim deliramenta locuti.

Quos quales, quantos jubeor Revocare manipulos  
Errorum? monstrare prius, monstrare potestis  
Si quos è sacro divini codice verbi;

Ferrens haud adeo fuero, neq; cornea cordi  
Fibra meo; victus patiar me flectier olim;

Nam scio Conversis veniam, pugnacibus iram  
A superis simul et mortalibus esse paratam;

Non me CHRISTUS amet, mea vita salusq; vel unum  
Si cupio erratum fidei aut defendere vitæ;  
Enumerate modò, quid contra Biblia pugnet.

Hac (mirum) ad dicta obmutescit Episcopus unus  
Atq; aliter, totus quos ablegaverat Ordo,  
Ex Hussu ulterius non ausi querere verbum:  
Haud secus ac quondam Pharisei dicere mussant,

Quos

Quos prostravit humi pronos virtute suorum  
CHRISTUS verborum; CHRISTO si creditis istud.

Nec mora; Cardinei succedens nominis ordo;  
Ut primum lux alma data est exire; minorem  
Hunc parere viris petijt maioribus Huslum;  
Atq; iterat predicta; iterat sua dicta Bohemus.

Tandem ceu Stygij divus regnator Averni  
Caelitibus quidam similis lucemq; coloremq;  
Et voces sanctas, & verba decora Iehovæ,  
Calicula Regis Nato de virgine nato,  
Dum vitam inter nos extrema per omnia duxit,  
Mille modis & mille dolis blanditus, opimas  
Deniq; divitias falso promisit hiatu;  
Si, velut ante DEUM, prestaret poplite flexo,  
Intentus precibus, divini munia cultus:

Tale quid hi tentant sancto cum Martyre, blandis  
Dum falsi hac fingunt verba assentantia linguis:  
Adsis ò tandem & propius tua dogmata nobis,  
Edite gente Bohemorum, formato; Papali  
Semper amore, bonis semper cumulabere nostris.

Sic memorant. Huslus contra dehinc talia fatur:  
Quaeso, viri Fratres servate sacraria mentis  
Pura mea; quam si seduxit opinio falsi  
Erroris (sumus in vitium quia cerea turba!)  
Recta monete: gradu que certo ducat ad astra  
Hanc monstrate viam meliorem si modò nostis  
Commonstrare viam verbo duce & auspice sacro;  
Pone sequar Iovæ admissa vestigia passu:

Sin minus; hinc fidens persto, atq; utrumq; paratus  
Seu revocare nihil, seu certæ occumbere morti,

*Et sic presentis potior pars aetæ diei est.*

Postera lux oritur: lucis cum nocte figuram

Exiit Angelica Noctis pater atq; Erebi Rex:

Utq; solet, quos arte nequit, neq; laderè fraude,

Viribus aggredier firmis, saevog; furore:

Sic coniux Satana, meretrix Babylonica Papa

Mille opifex fraudum, pacis violator & hostis,

Blanditiis postquam nihil effecisset & astu,

Flumina nunc tandem, & flammæ, laqueosq; minatur.

Pellitur è medio sacra pagina, vigeritur res!

Tunc se crudeles fecere Palezius, et qui

De Caussis sese Michaëlem nomine dixit.

*Ambo hi frendentes graviter, sic ora resolvunt:*

At Tu quis tandem? quibus aut progressus ab oris?

Quove tenebis iter, Confidentissime praco?

Quis te doctrinam, Papæ sine Numine priscam

Templorum ex adytis iussit removere? quid audes,

Huisse ferox? tibi non dare, sacra capessere fas est.

Magna lues commissa tibi: te Numinis iræ

Romani exercent diræ: tua carcere tristi

Facta lues hodie, & vinulis frenabere nostris;

Liber ab excubiis nec eris, nisi debitor aris

Obsequijq; Papæ quadrantem solveris imum;

Namq; focus nobis hic est & plurimus ignis;

Sensibus hac imis (res est non falsa) repone.

*Vix ita finierant; Fas omne abrumpitur; ipsa*

Cæsaris hinc nihili fidei data dextra viæq;

Pen.

Penditur; innocuo custodia prima paratur,  
Captivusq; intus tegitur rigidi obice ferri,  
Hoc Canone; Hæretico licet omne resolvere pactum  
Prelatis istam Pilatus præbuit undam.

Hic omni cura vires exercet, ut inter  
Sanguinis & fidei cognatos, religionis  
Crescat opus captivum, sociis exacta referre  
Conatur, scriptisq; suos solatur amicos,  
Qui procul; & dictis præsentibus erigit istis:  
Macti estote animis, latronis fide, nostræ  
Consortes fidei, quibus est, manitore Magistro  
Et me Doctore in CHRISTO patrefacta salutis  
Notities; cura hæc vobis meliore tuenda:  
Sint vobis calcar, vobisq; in gaudia cedant  
Hæc mea vincla; DEUS vinclis dabit his quoq; finem;

Hustus, non pridem multis stipatus amicus,  
Deseritur; cum fortuna mox dives egensq;  
Magnates, & terga fugæ dant mobile vulgus.

Desine mirari, non passu stare tenaci  
Instabiles animos, quos gloria vexat inanis,  
Et vitæ præsentis amor præ posterus urit:  
Semper in orbe fuit genus hoc hominum, atq; manebit,  
Quæis neutro inclinata fides; quibus una voluptas  
Doctrinam eam fortunâ mutare quotannis,  
Nunc simulare fidem, nunc dissimulare vetustam:  
Haud impune quidem. DEUS omni tempore pœnas  
Exegit duras violati federis; ore  
Evomuit tepidos, & sacra refigere doctos.

Turpe, referre pedem, Fratres; constare decorum est.

Tum

Tum furor insanus populi Hussum Martis in armis,  
 Tela inter media excepit ( miserabile dictu )  
 Omnibus ira modum supra est, miseratio nulli.  
 Agnus ut innocuus, loca qui custode remoto  
 Desolata petet, fit prada perita luporum:  
 Sic & Vulturij Romanis hic erit Anser.  
 Flicet obruitur numero juvenumq; sexumq;  
 Quorquot aliz furias, scelerum caput, Antichristus,  
 Abbates, & Monachi, Canone, & de Cardine dicti,  
 Omnes conveniunt, omnes examine tentant,  
 Omnes incipiunt obtundere vocibus unum.  
 Fit strepitus tecto; vox non admissa loquentis,  
 Non audita quidem est vox dicere multa volentis?  
 Quid faceret Solus? misero nil deniq; restat,  
 Depositâ prater gemitus formidine, prater  
 Ingentes lacrymas; quas largè effundit; & omnem  
 ( Quandoquidem alternis hinc non contendere fas est )  
 Pectoris inquirat qui scrinia Solus, Jova  
 Committens causam, tacitus sua comprimat ora.  
 Mox novus exoritur vario certamine clamor;  
 Victus, iò, victus; victas en porrigit Hussus  
 Iste tacendo manus nobis; victoria nostra est;  
 Sed crudelis erat? Vos testor sidera cœli,  
 Nam velut illa DEI atq; Hominis ter maxima Proles  
 Victima quando fuit pro nostrâ casa salute,  
 Igneus, ingentem radijs qui temperat orbem,  
 Sol nigrâ tectus ferrugine deficit, ut se  
 Justicia testem præberet & integritatis:  
 Sic jam pulla nigri facies phaëtônij, aperta

Innocui



Innocui dat signa viri, & non digna ferentis.

Sed neq; respicitur cœlum his, neq; cœlicus Heros,  
Ad quos nec cœlum, neq; cœli pertinet Heros,  
Taurus ut ante novam toto stat cum grege portam,  
Exceptansq; leues auras (contraria dictus)  
Non circumspecto circumspicit omnia visu:  
Sic pecus Eclipsin taurinum cernit, abiq;  
Mugitus iterans Hussi de morte bovinos.

Interea vario conclusus carcere **CHRISTI**  
Confessor, pernox inter eum saxa cubili  
Instrato jacuit, spoliatur corpore sano;  
Vitamq; in tenebris afflictus traxit iniquis.

Scrobs obscana jacet, Monachum vicina cloaca,  
Ut primò hac latuit malè vinctus compede crura,  
Artus captivi deposcitur arida febris.

Languidus hinc hominumq; ope vix recreandus ab ista  
Postquam liber erat; turri, quam Gotlebianam  
Dicunt; cuius erat possessor Episcopus urbis,  
Munitur nodis post tergum vinctus ahenis:  
Inde Catarrhorum caput obruit humidus amnis,  
Murmure denticulis inducens mille dolores.  
Iste suis cedens vitijs ut desijt humor,  
Franciscanorum rigida tormenta Catastra  
Perpetitur, donec pœna ultima mortis adesset.

Tandem igitur visum est sine lege, sine ordine juris  
Falsò damnatum subjectis urere flammis:  
Vincitur post terga manus, primariam in ædem  
Ducitur, atq; suo Pastor spoliatur amictu.

Classica Præco canit Lovanius ista: Quis ergo,

E

Quis

Quis veterem nescit crucifigendum, atq; cremandum  
Esse hominem? vox ista DEI est, sententia Pauli est.  
Quid morem cessas gerere, Induperator, Iovæ,  
Cuius in his terris Tu dignus honore? memento  
Officij, defende bonos, extingue nocentes,  
Qui veteris spargunt hominis mala semina. Sanctum  
En tibi Concilium nunc hostem tradit apertum  
Antiqua fidei, & veteris doctrina inimicum!  
Quod nequeunt vulnus cataplasma tollere; ferrum  
Flumina, flamma doment, ne pergat ledere corpus:  
Nève agro Domini officiat porro improbus Anser,  
Fas & jura sinunt segeti pratexere sepem:  
Nec magnus facere ista labor; tantum ignibus alas  
Eripe; non patrias revolare audebit ad aras.  
Sicò Dive Pater, certaminis Arbitrune,  
Effugient flammæ tua nomina magna rogales;  
Sic tibi grata canet laudes Ecclesia Papa:  
Talibus ora sonis ut clauserat ultima Præco,  
Et clerum furor, & plebem impius intus agebas:  
Ocius humano sub iudice condemnandum  
In fontem eduxere, manus post terga revinctum.  
Hostes circumstant fremitu, stipantq; frequentes,  
Deq; viro innocuo blasphemias spargere voces  
In vulgum incipiunt: Vendunt perjuriam testes,  
Quos fortuna homines mendaces improba finxit;  
Et coram populo, quia nil didicere profari  
Quàm falsum, verbis convicia multa loquuntur  
Exécrabilibus divinum in Martyra. Multi  
Damnatos, urunt libros, sermone Bohemo,

Romanoq;

Romanoq̄, hominum quos Autor scripsit in usus,  
Proh scelus immensum! doct̄issima scripta cremare,  
Non unquam vobis, Bacchi Venerisq̄; Magistri,  
Desidiâ, Monachi, pinguiq̄; abdomine fatti,  
Visa, nec indoct̄is lecta intellectu ve asellis.

Captivus nullam vitæ superesse salutem,  
Cælaris a sese jam averso lumine, cernens,  
Sustulit intrepidus geminos ad sidera ocellos;  
Arcebant quoniam teneras mala vincula palmas;  
Et tali summum prece sollicitavit Iovam:

Respice me D E U S Omnipotens; me respice victum;  
Nempe tibi nota est vincolorum causa meorum,  
Immeritum quæis me crudelis colligat hostis;  
Hic tua res agitur; doctrine dira minantur  
Interitumq̄; tuæ Phlegethontidos parbiter aule,  
Quiq̄; vicem illius gerit, impius Antichristus.  
Turobur mibi, C H R I S T E mibi tu suffice vires,  
Ut, quæcunq̄; tuo cogor pro Numine iniqua,  
Et quæmcunq̄; tuo cogor pro Nomine mortem  
Ferre, feram patienti animo; Patientia casus  
Hos superet: tibi vindictam commendo: remitte  
Hostibus, à quibus hæc injuria fit mihi, noxam:  
Errantes revocato animas, & reddito cælis.  
Ista precatus erat. Mox spectatoribus ipsum  
Ridendum variè scelerata caterva propinat,  
Omne decus molita probro fædare nefando;  
Hic pietatis honos papales inter asellos!  
Mysta gradu turbandus erat; coquis unica vanos  
Cura igitur Mystas, quali phantasmate pingant

Indumenta novi vestitus? Candida tandem  
Vestis, & effusa ad talos à veritate corpus  
Martyris omne tegit; quali se ostentat amicus  
Sacrificus, sua si idolo fert tura. Mañum.

Alba veni vestis, candoris amabile signum  
Hustus ait, quæ non ignominiosa salutis  
Auctori CHRISTO fueras, mihi chara manebis;  
Nulla in te culpa, nulla in me erroris origo est.

Hostis ad hæc obstat contra; te plurimus error  
Degenerem fecit veteri à pietate; fatetor,  
Si qua tua te cura tenet revocando salutis;  
Sunt nobis precibus mansuescere corda parata,  
Reddereq; erratis veniam poscentibus equam.

Ille, sed effusis lacrymis sic orare solvit:  
Vos proceres & tu reliquum longo agmine vulgus,  
Huc faciles adhibete aures, audite nefanda:  
Turba sacerdotum hæc, ne quid sceleris vè dolivè  
Liqueret intentatum hodie, me falsa profari  
Et revocare jubet, quos in me sentio nullos,  
Errores, Terret DEUS hinc me voce propheta,  
Ne cen. Verrumnus, vel arundinis umbra per algam  
A quavis patriar me religione moveri;  
Neu mala, quæ bona sunt; bona, quæ mala, dicere tentem,  
E tenebris lucem faciens, è melle vonenum:  
Dicite, Sitne homini satius patere DE ÒNE?  
Siccine perjuramentis, fraudisq; nefanda  
Perpetuum accersam mihi cum tortore flagellum?  
Siccine naturâ dociles qui sunt imitandis  
Pravis, defectûs exempla domestica nostri

Auditorum

Auditorum animos corrumpant, quos mihi Praga  
Semine quos peperit mihi tota Bohemia verbi?  
Nauta, laborantem qui deserit inter arenas  
Et scopulos cymbam timidus, submergitur undis.  
Ditales ausus, Ditali avertite poenam;  
Occubuisse velim potius, quam dicere falsum,  
Aut tacitus fidei haud dubitabile prode verum:  
Omnia vincit amor veri; decedite falso!

Hic verò assurgunt Monachis crudelibus ira,  
Robur ubi videre viri, fideiq; vigorem  
Constantis; tunc Mystarum grex totus habenas  
Irarum effundit tandem, Quis crimina, quaeso,  
Nunc obiecta, quis his opprobria cuncta referret?  
Nempe viros decet hoc sanctos ferve scere in actu.  
E manibus calicem, quo missificator abusus  
Sacrilego, Divum templis si indicit honorem,  
Impius ostentat populo, non porrigit, arã  
In crucis effusum pro nobis sanguinem IESU,  
Extorquent violenti, atq; hac mala verba profantur:  
O Juda maledicte sacra qui deseruisti  
Consilium pacis, coijsti in fœdera Apella,  
Porrigere, quid cessas? poculum hoc; non dextera porro  
Digna tua est qua tangat idem preciosa cruoris  
Purpura quo CHRISTI (si dignum est credere!) Patri  
Hostia pro vivis offertur proq; sepultis.

Hussus ad hæc: Et Ego sincero pectore certus  
In meritum & mortem CHRISTI mea lumina figo;  
Hunc scio pro cunctis guttas fuisse cruoris.  
Ille suo à me etiam damnatas sanguine sordes

Abluet: ille mihi calicem (quia credo) Salutis  
Auferet hanc unquam, sed in astris offeret ultro:  
Durabo, & memet vitæ servabo beatæ!

His actis, aliud genus improba Presbyterorum  
Turba probri coram populo molita, Coronam  
Vno altam cubito, & quadrata turris ad instar  
Arte laboratam faciunt, & enuemq; Papyrus  
Dæmone tergemino exornant, & vocibus istis:  
Hæresiarcha vir hic & flamma dignus & orco est.

Ipse gemens ignominiam, fastusq; superbi  
Concilij, tum quos amisit inultus honores,  
Nectamen impatiens, caput obiectavit & istis  
(Ut potuit) dictis merentia pectora mulcet:  
Faktor, an hic signum crucifixi Salvatoris  
Cerno mei pro me qui Spinea serâ gerebat  
De cruce dependens? Et Ego leviora recusem?  
Non Boreæ non hunc nobis rapiatis honorem,  
Dixit, ubi venis, <sup>fucro</sup> velus agmine moris  
Ista corona procul capiti delapsa iaceat:  
Ad CHRISTUM iam tendo meum, obmutescite venti;  
Hunc sequor, exemplo dependeo totus ab isthoc:  
Ille caput spinis sultus Patrem orat, ut equum  
Hostibus ad veniam sese praberet; id æquè  
Te Pater, oratum venio sub nomine CHRISTI;  
Sis illis facilis, nostræ post funera custos  
Sis anime; sibi trado meæ spiracula vitæ.

Sed iam tempus adest cruciatos carcere multo,  
Et scæ delusos comburere corporis artus.

Ergo inter sese multâ nituntur opum vi,

Qui

Qui portis aderant bipatentibus, oppositiq;  
 Obsedere suis telis loca lata viarum,  
 Ut celo pâlus surgat robustior: inde  
 Adjunt lictores, qui Martyra sextuplicato  
 Fune ligent, ne fortè dato vestigia vertens  
 Tergo se eripiat stammis damnatus ab istis,  
 Neu ferat ex utroque vinculis ad sidera palmas:  
 Adsunt carnifices qui nigris colla catenis  
 Annectant p̄bo, ne sit vis multa loquela,  
 Sic stetit expansus, veluti morientis imago,  
 Sub Dño constans fidei confessor; ocellis  
 Ad calum erectis, quâ Sol jubat aureus ortus  
 Sumit ab angusto, verum tormenta tyrannis  
 Non satis hæc fecere, nisi mutata priori  
 Sede sedes faciem vinceti converterat ab ortu  
 Solis ad occasum, ne vel lux publica mundi  
 Blasphemum aspiciat, ne vè aspiciatur ab ipso.  
 O rem ridiculam! miramur inertia corda,  
 Eversasq; hominum cervices; vertite nunc huc,  
 Nunc illuc; oculos tamen omni ex parte locoq;  
 Ad superas, ubi vult poterit protendere sedes  
 Innocuus; Sol iusticie, pro lumine cuius  
 Doctrina patitur; circumspicit Entheus illum;  
 Sic obtusa ad eò Papistæ pectora gestant!  
 Nunc ignis p̄bo lenius supponitur, ut sic  
 Paulatim ardescant quævis; leniq; tepore  
 Martyris, at multo cruciatu, membra cumentur.  
 Ille ubi collegit robur, viresq; recepit  
 Pantisper, tali finit fermone dolores:

Ecquid

Ecquid Ego, Patres, in vos committere tantum,  
Inq̄, papam potui? cui tot lucubria passo  
Nunc etiam flammâ terrarum clauditur orbis?  
**Certe Tempus erit<sup>a</sup> Centum Volentibus Annis**

*a. August. & Ambr.*

*tribi Cherubim & Seraphim in Cessabili Voce proCLamant.*

*(Si DEUS innocuos respectat calitus, aut si  
Iusticia quicquam est cœlorum in sedibus usquam)*

**CUM DEUS INNOCUI RATIONES EXIGET  
AEQUAS**

**SANGUINIS: ANSER EGO VOBIS NUNC AS.  
SOR;** at istud

**NE QUICQUAM ASSANDUM TEMPUS PRO.  
DUCET OLOREM:**

**ILLE ERIT OCCASÛS, & NOSTRI FUNERIS  
VLTOR**

**ARGUTUS:** nec me vatem sententia fallat:

*Ille tyrannorum flammis, cunctisq̄ periculis*

*Elapsus, placidâ compositus pace quiescet,*

*Intera tu, CHRISTE, DEI sobolesq̄ Maria,*

*Non ignare mali, miseris succurrere docte,*

*Non linques mânes per vim perentium inultos;*

*Te quoq̄, per tales similis fortuna dolores*

*lactatum cœli facit consistere sede:*

*Ergo ades, & culpâ miserere carentis aperta,*

*Quam variis in me confinxit fraudibus hostis;*

*Hostibus ereptum me in cœli regna repone,*

*Non est nunc alius, cui tutò fidere possim:*

*Ergo tuis animam manibus commendo, salutis*

*Prora*



Prora mea puppisq; sic placidè expiravit,  
Vt sese medium iniecit moriturus in ignem.

Nec tamen hostes expiravère furores.

Savitum in corpus fuerat, cum viveret; at nunc  
Crescit in extinctum rabies vesana cadaver.

Vt citius pereant, caduntur fustibus ossa,  
In partesq; caput: verubus lugubre columnis  
Vritur infixum cor sensim: vestis adempta  
Veretur in cineres, & deniq; quicquid habebat.

Tandem ipsi cineres, eradicataq; terra,  
Quà superustus erat, carrucæ impôsta, fluenti  
Injicitur Rheno; ne sit pars ulla superstes  
Scilicet, innocuo quæ pœnam ex sanguine sumat  
Judicio coram divino à morte reversa!

Sed quis Romana præsulverè æstimat aula  
Corpora defunctorum imis exire sepulcris?

Quis vè Deum credit memorem fandi atq; nefandi?

Cunctorum hæc pietas: Discite omnes impetu ab isto i

Vix inter gentes crudelior ulla tyrannis  
Morte viri super innocui, savire furore  
Innato solitas, legitur. Gens illa togata  
Conjurans adiensq; ambustis torribus ædes  
Cæsaris, à magno qui nactus nomen Iulo,  
A culpa vacuas, vehementer vindicat umbras,  
Induit ac querulam mentem & miserabile pectus.

At tu, terra, carens hodie quoq; gramine, prato  
Cetera quantum vis similis sis, donec hic orbis,  
Donec erit cælum, injustam testabere mortem,  
Quam pietas prohibere nequit, neq; Sponsio Regis,

F

Monstra.

Monstrabisq; orbi sceleris vestigia ranti.

Sic ergo tua Rhenus habet, Sanctissime Martyr,

Viscera, reliquias anima domus inclat a caeli?

Nactus es ipse DEUM vitam, Divisq; vides nunc

Martyras immistos, ac ipse videris ab illis:

Non te supplicium, sed Martyra causa notavit,

Non simplex via mortis erat; non ultio simplex:

Sidera te, tellus etiam, flevere profunda

Te freta; sancti homines omni te tempore flebunt.

Anser eras vivus, post funera factus es Anser:

Ova (tui juxta Regis praesagia) Toti

Aurea terrarum peperisti puraq; mundo:

Occidis; at tecum potior pars illa veneni

Occidit Ausonij, quod totum infecerat orbem;

O quam secreto te numine Numen ab altis

Implevit morti vicinam? vera futuro

O quam tu VATES SECLIO responsa dedisti?

ADFUIT ILLA DIES CENTENOS circiter

ANNOS,

Quâ TIBI, quâq; DEO SUNT RESPONDERE

Quae invisafuit tua vita fidesq; tyranni. (coacti,

Omnia fert aetas; SECLI quoq; FINIS OLOREM,

Summa DEO sit laus, & gloria maxima TRINO,

Non unquam manibus veribusve hostibus usum,

Ut voluit ramentis hostilibus ignibus uri:

Extulit hic sublime suo super aethera cantu:

Omnipotentis Heri nomen) fideiq; salutem; (HUSST

MAGNANIMUS LUTHERUS erat; LUTHERUS hic

ORACULUM (invidia rumpantur ut ilia Papa)

IMPLE.

IMPLEVIT, verbi virtute sacra repurgans  
Dogmata ab horribilis scabiosa forde. Papatus;  
Et (dicam paucis) PAPAESCELUS OMNERETEXIT.  
Hic mihi quantumvis cœli spaciōsa papyrum  
Machina presentet; calamas foret omnis arista,  
Quorquor praterita viderunt messe Coloni;  
Nil, aramentum prater, maris equor haberet;  
Sit mihi quantumvis Latia bona gratia lingua,  
Vis agitata DEO scribendi; Scribere curas  
Non tamen evaleam, merito vel dicere versu  
Hoc opus, hos omnes, DIVINE LUTHERE, labores,  
Quos instaurando verbi, pro munere sacri,  
Hostibus in medijs interq; pericula versans  
Suscepisti unus, Duce saxone & Auspice CHRISTO:  
Pro quibus hic CHRISTOQUE DUCIQ; , tibiq; , tuisq; ,  
Atque Ducis claris laus Successoribus esset  
Decantanda satis: Sed enim voluisse sat esto:  
Omnes debemus; sed non sat possumus omnes.

Nunc ergo extremo mea jam sub fine laborum  
Pela trahens; votis festino advertere puppim.

Ante Duo vox ista DEI promissa per Huslum  
Secula, perq; pium centum patrefacta Lutherum  
Ante Annos; plures sexcentis, immo vel hostes  
Hactenus innumeros habuit, qui dira minati  
Non vano semper conamine cuncta fuerunt  
Relligioni isti simul & regionibus istis;  
Quippe ubi fas versum atq; nefas, peccata tot inter  
Nos, & majores nostros, non ullus haberet  
Dignus honor verbo, per quod salvamur lova

Quare agite in melius mutati ad sicula palmas  
Tendamus contraq; hostes veneremur fovam;

Ille dabit veniam votis, irasq; remittet.

Sit Modus orandi devotis mentib; iste:

Alme Pater, qui res hominum superlimq; creasti,

Qui regis imperiis aeternis cuncta creata;

Nuncia promissa per Martyra leta salutis,

Per Megalandri operas nobis revocata Lutheri,

Dogmata conserva, tuas sancta Propago paterno

Quae tulit è gremio primum mortalibus agris;

Istorumq; velis nostros meminisse minores;

Frangere tyrannorum vires, compesce dolosas

Hæreticùm furias, quibus extirpare voluptas

Religionis opus; quo nomine - cunq; vocentur;

Sive sit ipse Satan; Sataneve vicarius hospes

Cum grege Papa suum; aut Savo cum milite Turca;

Aut blasphema cohors, quae Sacramenta, tuiq;

Personam Nati calamo conspurcat & ore,

(Horresco referens, quibus audent, impia verba)

Ausa Deumq; Hominemq; throno turbare potentis

Dextra; averte Pater, Pater horum infringe furores,

Quos odisse iuvat rabido cane peius & angue,

Qui sibi Lutheri prescribunt nomina, catius.

Et tu CHRISTE, DEI Proles & virginis Alma;

Naturas ambas personâ cuius in una

Asserit, ambarumq; Reales proprietates,

Officium sacrumq; Realia proprietatum

Muniq; agnoscat perfectè dogma Lutheri;

Qui DEUS in calis & Homo praesto esse beatis;

Et

Et potes in terris DEUS atq; Homo adesse cuiq;  
 Terrigenum Semper simul & Semel; huc age dextra  
 Ostenta roburq; tua, viresq; potentes;  
 Membra tuere tui tam sancti corporis, à quo  
 Pendula turba sumus; qui te cum Corpore, cumq;  
 Sanguine, sub pane & sub vino hic participamus;  
 Natorum adnatos & qui nascentur ab istis  
 Derivare velis doctrinam hanc, semper ut istis  
 Laus tua, quotquot erunt, ex in Saeculo in Saecula crescat.  
 Tuq; Patris Natig; simit de Numine, Flaetus  
 Enthae qui solus solatia certa salutis  
 Pectoribus dare conivitis potes, unus & alma  
 Christigenis domas felicia tempora Pacis;  
 Iunge homines, quibus est cura Concordia Concors,  
 Ut sint uni animis; doctrina sit omnibus una;  
 Augustana fides liget & Confessio sensus:  
 Pelle procul, qui bella cient iniusta; furores  
 Falsorum Fratrum: infureos as verve savillas;  
 Quae capita & quae corda agit at furialis Enyo:  
 Intra Saxonicos Pax optatissima Muros  
 Floreat hic illuc: Pax sit divina ministris  
 Verbi; Justitia Pax sit sacrata Magistris:  
 Coniugibus sua sit Pax illa domestica; Pax sit  
 Inq; Choro, inq; foro, inq; thoro, inq; loco omnibus omni:  
 Corporis exuvias donec ponamus, & omnes  
 Aethera pacis sedes adeamus; Eamus.

ODE

Ad  
**CHRISTUM IESUM, SALU-**  
**TIS ET SANITATIS HOMINVM REPERTO-**  
*rem & Reparatorem:*

Pro  
*Confirmatione à morbo valetudinis DORIN-*  
*GIANÆ:*

**O** SALUS mæstis animabus una;  
Vnica ægrotis medicina membris,  
**CHRISTE, Davidis Soboles Deiq;**  
Omnipotens;

Carmen hoc plenè fuit absolutum,  
Fama cum tristis mihi nunciaret  
Omne lus Doctum Davidem Doringum  
Pessimè habere.

Clarus hic Iuris meruit Peritus,  
(Audiant Livor, Siculus tyrannus)  
Cui trahant Parcæ in numerosa teram  
SECLASenectam.

**SAXONIS CELSI, PATRIAE PARENTIS**  
Inclytam testor regionem & aulam,  
Instruit quas **CONSILIIIS & usu**  
Iuris & Acqui.

Ergo

Ergo te IANI Regio GEORGI,  
CHRISTE, te Illustris Ducis Aula tanto  
Pro viro mecum tibi supplicantes,  
Ista precantur:

Dive Salvator, necis atq; vitæ  
Dux, valet nemo sine quo vigetq;  
Ad preces semper facilis piorum  
Auxiliator;

Ecce Doctorem Davidem Doringum;  
Fixus infano cubat ille lecto,  
Nec suis nos consiliis, ut antè,  
Nec iuvat arte:

Hèu fuit, quam pænè fuit! cubantem,  
Quæsumus per commoda nostra, serva, &  
Hunc virum postliminiò Saluti  
Redde priori:

Coniugi seÿva Euphrosynæ maritum,  
Liberis Patrem, miseris Patronum;  
Exulet fundo interiore Averni  
Mors inopina.

Abs te Ego si quid peccii, vel unquam  
Si quid accepi bonitatis (at quid  
Non tuli fidâ prece?) Sanitatem  
ORO DÖRINGI.

Annus ad metam properat vetustus:

Hocce

24 Tc 1642

Hocce claudatur genus omne morbi:  
Sospes ægroto Novus hic Patrono

Adsit, eatq;

Surget à cunctis tibi gratiarum  
Adio, seu nox fuerit diesvè,  
CHRISTE mortali generi Salutis

Nate reparator

*Ex Apoc. 12.*

Infinita CHRISTO Victori Vero Salus.

F I N I S.



24





MAGN  
EXCELL  
AMPLI

Dn. DAV  
GER  
STRIS  
Confili

Dn. LVCAE  
FESSO  
Confite  
Scabina

Dn. DAVI  
ELECT  
fecto fid

Dn. SAMVE  
ius in E  
TARIC



IMIS  
S  
MIS

BEL-  
LLV.  
&c. à

PRO.  
idemq;  
cialis &

SSIMI  
n Præ-

IHV.  
CRE.

RIGIS,  
MOE-  
sancteq;

R AE.

